

398 vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & nemine consulatori. Et illi potest dici aliud, quod legitur eod. cap. 5. si uideris calumnias egenorum, & uolenta iudicia, ac subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio, quia excelsior excelsior est alius. Vexationes tamen, ac lacerationes iniuncta ingratitude impia conturbauerunt uicarium iudicem integerrimum, & apud quem non est acceptatio personarum, 400 cap. nouit. §. ceterum, de iud. ¶ unde ne impj præualeant aduersus iustum, & ne egrediatur peruersum iudicium, ut 401 legitur in prolog. Hieron. ¶ S. in Abach. Proph. col. 1. Lacerantes, atque calumniantes uicarium, debent condemnari. d. l. eum qui temere, ff. de iudi. & per Pari. de Pute. dict. tractat. de syndic. in uerbo, expresse, num. 4. Et etiam propter iniurias ei illatas, l. fin. cum illic nota. ff. quod quisque iuris. & tradit Catald. in d. tract. ante finem. & Pute. ac Bossi. citati a Bertaz. in sæpius citato consil. 71. in fin. ubi illo casu discussio concludit sic. Et idem in consil. 81. num. 15. & consil. 91. num. 89. sicuti apud acta pluries postulatam fuit.

402 ¶ Fuit & etiam in uicarium obseruatum illud, quod legitur Sapien. cap. 11. Circumueciamus iustum, quoniam inuicilis est nobis, & contrarius operibus nostris, & improperat nobis peccata. Verum defecerunt scrutantes scrutationes non animo, 403 aduertentes, Iustorum causas in manibus Dei esse; ut dicitur Sapien. capitulo quinto. Item uicario adaptatur illud, quod legitur Ecclesiast. cap. 4. in fin. Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & usque ad mortem certa, & Deus expugnabit 405 pro te inimicos tuos: Deus enim uindicans uindabit. eod. 406 cap. 5. Item legitur inter Beatitudines Ecclesiasticas Math. cap. 5. Beati, qui persecutiones patiuntur propter iustitiam, 407 quoniam ipsorum est regnum cælorum. Item beati estis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est 408 in cælis. Et ibi. Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 409 num. Ex quibus omnibus cum in casu syndicatus debuisset uicarius syndicare de iustitia de furtis, baratariis, ac illicitis extortionibus, ut per Iul. Clar. quæst. 63. ubi ita de consuetudine retulit obseruari, cui adde & per Iodoc. in Enchirid. parium, uerb. parum, ac per Gramm. criminali consil. 54. num. 11. & per Bertaz. dict. consil. 71. num. 3. qui post relatos dicit 410 officialem non posse syndicari nisi de dolo, & baratariis ex generali consuetudine, non autem de iniuris sententijs per imperitiam, uel male latis, & idem consilio 92. in princip. Sed fuit attentatum contra eum, quoniam inauditus est ius 411 syndicandi in Vic. Episcopi. Concludendum est, uicarium fuisse syndicatum ob meram inuidiam, diabolicamque uindictam, uexatum, atque calumniatum a pertinacibus fortissime latrantibus, suggerente, atque illis patrocinante etiam quorundam aliorum, qui putabant, ex fallaci, & illicita sua mercatura, habere feminas certas, in credibili cupiditate, 412 quæ est radix omnium malorum. 46. dist. bonorum. §. cogitatio, & §. est quoque, in Anth. ut iudi. fin. quoquo suffrag. & tradit Dec. in cap. nam concupiscenciam, in 2. no. de con- 413 stitut. ubi alia etiam de cupiditate not. Et pro faciliori uin-

FINIS.

dicta fuit constitutus a uolentibus iniquitatem facinoris in hominem iudicem refundere, pro iudice, Donnus Ale. Gemadedius, qui fuerat ab ipso uicario per sententiam Parochiali priuatus; item & de ui publica processatus, & qui etiam fuerat eidem uicario delatus de falso, ex eo quod clauis ad sacristiam E. S. Andreae penes tertium existentes fecit permutare, quæ minime hic erant omittenda: ex quibus patet quales, ac 414 quantos habuerit aduersarios: uerum non est mirum, uaditorum etenim semper fuit, præcipua ista conditio, aut potius infelicitas. Habet namque uirtus sua obstantia, aduersaque uicia: & quo altiores sunt turres, magis uentorum flatibus concutuntur, iuxta illud Horat. ad Licin.

Sapius uentis agitur ingens
Pinus & celsæ graniore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

415 Et Ci. sine quisquis ille fuerit ad Heren. l. 4. virtutis omnes inuidia plerunque bonos infectatur. Et idem Cic. de 416 Cla. orat. Laudi & gloriæ maxime inuideri solet. Et pro Com. Balb. Et huiusmodi labes quædam, & macula, uirtuti inuidere.

418 Verum idem inquit in Anto. omnia alia falsa, incerta, caduca, mobilia sunt, uirtus est una altissimis defixa radicibus, 419 quæ nulla unquam ui labefactari potest. Et ijs omnibus consideratis, causa, & innocentia do. vicarij splendidissima facta est, atque posita extra omnem controuersiam, & omni ope, & diligentia in hanc luculentam consonantiam, adimpleta. §. quorum. in proem. Institui. Quam plura alia scribere potuissem, atque addere finito syndicatu isto, sed missa 420 facio, ne nimium suffarcinatum sit onus. Prolixas namque, ac uerbosas disputationes euitare debemus, §. primo. Institui. 421 quod cum eo quo in alien. potest. Postremo scias prudens lector, quod ob religionis reuerentiam, ac S. R. E. decorem, etiam multa ex industria omisi (timide loquor) contra cupidos, qui in quibus gradibus, ac terminis reperiantur non nostra sit sententia, sed illorum iudicium de quibus supra num. 361. Etiam satis de causa. Hæc uolui scripsisse, ut si quid 422 amaritudinis resideret in pectore legentium, his uicinis omnia sileam. Vnde totum relinquam, gratias Deo agens, cum Poeta nostra tandem dicam, sat prata bibere. Hieronymus, qui supra, correctione semper Salua.

Subscriptio D. Alexandri Rondinel.

423 Quoniam alias plene in litteris meis familiaribus ad R. Interamna, Vito testium processu examinaui querelas omnes, concludendo pro vicario integerrimo viro, qui profecto dicere potest, liberas ades habeo. l. sicui. §. si queratur. l. loci corpus, §. competit. ff. si serui. vend. Ideo repetitis tam in consil. quam in subscriptione eleganter, accurateque allegatis, de illis sum contentus. Vnde ut superius scriptum est, dico, & iuris esse consulo. Ego Alex. Rondinel. de Lugo, saluo semper &c.

CONSILIUM
D. HIERONYMI
GIACHARI
I. C. LVGIENSIS.

In Materia Monetæ Marchisanæ, atque beneplaciti Ducalis.

SUMMARIUM.

- 1 Remedium can. Reintegranda, 3. q. 1. competit etiam laicis pro re profana, ex communi, & magis communi sententia.
- 2 Et conceditur pro quasi possessione rerum incorporalium.
- 3 Et competit etiam pro rebus mobilibus, & immobilibus.
- 4 Et illa quasi possessio releuat agentem ab onere probandi. Præsertim in bona fide existentem.
- 5 Communis usus loquendi præfertur propria significatione, & est mirabile. nu. 6. & 10.
- 7 Et præualeat omni regulæ omnique constitutioni. Fallit numero 8.
- 9 Mens apparere dicitur, ubi iniquitas resultaret, vel absurditas num. 16.
- 11 Propria significatio a statuto, uel l. desumitur.
- 12 Propria significatio sumitur ex allusione uocabuli.
- 13 Nomen debet rei esse consonum, & conueniens.
- 14 Nomina adiuuenta ad quod quid dignoscendum.
- 15 Sicut insignia, & arma.
- 17 Possessio quasi a pedum possessione.
- 18 Testamentum quasi mens restatio.
- 19 Moneta Marchisiana de lata & longa Romandiolæ intelligitur.
- 20 Minime mutanda, que int. interpretationem certam habuere.
- 21 Monete solutio de qua faciendâ, & nu. 22. 23. 24. & 46.
- 25 Et quid in annua prestatione.
- 26 Consuetudo pronuntia debet attendi. 29.
- 27 In claris non est locus coniecturis.
- 28 Idem in casu legis.
- 30 Quæ si sit generalis non indiget probatione, quia index supplet num. seq.
- 31 Et dicitur ius moribus constitutum.
- 32 Et pactum cum ciuibus initum.
- 33 Pacta seruabo, ait prætor.
- 34 Quæ vox fuit quasi anima.
- 35 Et suam obrinet firmitatem.
- 36 Studiose agendum est, ut illa quæ ore promittuntur, compleantur etiam opere.
- 37 Quod procedit etiam in Principe, qui pacto cum suis subditis inito contravenire hand potest etiam de plenitudine potestatis num. 18.
- 39 Aristot. pulchrum dictum ad Alex. Regem Macedon.
- 40 Nihil est, quod luce clariore præfulgeat in Principe, quam recta fides.
- 41 Severissimus Dux Ferrariae laudatur.
- 42 Beneplacitum ducis Alfonso refertur.
- 43 Quod in conuentionem abiit.
- 44 Principis priuilegium aliqua causa non esse renouandum & num. 45.
- 47 Magnifica communitas Lugj. benemerita cum seq.
- 50 Pacta contra publicam utilitatem inita non valent, & numero 58.
- 1 Necessitantur neque stipulatione, neque iuramento.

- 52 Pactum contra publicam utilitatem quod.
- 53 Epilogus notab. de resistentibus.
- 54 Libertas res inest. mabilis.
- 55 Monetam alterare, uel mutare est de Regalibus.
- 56 Regalia que relative, & seq.
- 59 Epilogus pro Com. Lugj. & Bagarelli.

Requisitus pro parte Magnificæ Communitatis Lugj. Mihi atque antiquioribus meis patriæ originis, ac domicilij, non potui cum bona conscientia eidem me interroganti iustum, atque debitum denegare patrocinium, & scribere quid de iure sentiam contra do. Massarium Ducalem in prouincia Romandiolæ, qui conatur pro posse suo interuertere solitum, & sic augere in gabellarum exactionibus monetam, exigendo de facto & per vim, ad monetam strictam ciuitatis Ferrariæ, non autem secundum antiquam, atque immemorabilem consuetudinem, usumque longæuam totius prouinciæ nostræ Romandiolæ ad monetam latam, siue maius, longam Romandiolæ, sicuti semper Publicani omnes, siue Gabellarij ante hac inuicibiliter indistincteque a tanto tempore, quod non est hominum memoria in contractum obseruare exigentes illas. Libenter igitur onus mihi iniunctum suscepi, ut in partibus patriæ, cui omnes quàm plurimum debemus, quantum in me est, utilitati publicæ, ac unicuersorum commodo consulam. Inuocato igitur nomine Iesu Christi, secundum quod docet Apostol. scribens ad Corin. cap. 3. & ad Coll. 10. & legitur in actis Apost. capit. 6. & 16. quæst. 5. capit. non licet priora a me succinè scripta, repetendo, atque ampliando. Multa, sed duo principaliter sese offerunt discutienda, quasi possessionum scilicet præfatæ magnificæ Communitatis, de facto, & absque suo facto, & culpa sua, deiecta, siue spoliata a sua quasi antiquissima, immemorabileque possessione pacifica.

Secundo petitorium circa primum ¶ remedium can. reintegranda. 3. quæst. 1. quo experitur prædicta Magnifica Communitas Lugj. competere etiam laicis pro re profana commune post Ioann. ab Imol. Alexand. & Rip. & magis commune post eundem Alexan. testatur. Rolan. consil. 50. num. 3. colum. 3. & de commune habetur in respon. primo causa Finarien. nu. 8. & in 2. articuli. numer. 1. ubi crebrior & uerior dicitur. Item crebrior, ut late per Iac. Menoch. in suo solemnij tractat. de recuper. posses. 15. remed. sub num. 13. cum plurib. sequen. item commune & fuisse per Recentiores in sua collecta commun. opin. uerb. remedium, num. 22.

¶ Quod quidem remedium intentatum, concedi pro quasi possessione rerum incorporalium asseuerauit Socin. in l. rem que nobis sub num. 13. uersicul. 3. concludit. ff. de acq. posses. & consultus per plura respondit Iac. in consil. 172. alias 178. in quarto, & tradunt etiam Franc. Marc. in decisi. parlamenti Delph. quæst. 389. & 448. Rip. in cap. cum ecclesia Sutrina, num. 101. de caus. posses. ac propriet.

¶ Et præcise Plot. tractat. suo de in lit. iuran. §. 3. sub num. 7. ubi competere etiam pro reb. mobilibus & immobilibus commine retulit ex Rip. in dict. cap. sæpe, num. 21. & Socin. & Iac. in

Iaf. in eadem. l. rem que nobis, hic num. 19. ille, quæst. 5. & tradunt plene præfati Modern. eod. remed. 15. quæst. 17. num. 200. Et istis receptas sententias quo ad primum, & primo atque principaliter intentatum remedium sufficeret existimo.

4 † Pro cuius tamen complemento addo, quod ista quasi possessio iuris releuat præfa. Magnificam Commun. ab onere probandi, præsertim, cum sit in bona fide text. est in l. eam quæ. C. de libera. cau. per quam legendis colligit Bal. illic. hoc notab. quod quasi possessio in iuribus corporalibus, releuat ab honore probandi, præsertim si sit habita bona fide sicuti hæc nostra allegandis inferius in petito. Ad idem etiam bene facit text. in l. circa eum, qui ff. de prob. vbi Iacob. de S. Georg. num. 2. notab. inquit quod quasi possessio alicuius iuris habita bona fide, releuat quasi possidentem ab onere probandi vt in casu nostro.

5 Circa secundum, clarum est in iure nostro † Quod communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. vbi habemus bonam glof. quam Bar. illic præcise notat ad interpretationem statutorum, quia si aliquod verbum reperiatur ambiguum, quod habeat aliud significatum, illud debemus intelligere secundum communem vsum loquendi, quod & etiam tradidit Bartolus & Alexan. in l. Labeo ff. de suppl. lega. idem Bart. in l. non dubium C. de legibus & habetur, per Ant. de But. & Abb. in proem. decret. quod & etiam tradit Dec. qui alia etiam congerit in consilio 146. columna secunda in princip. & consil. 610. in fin. vbi dicit hæc notan. esse, † imo mirabile est secundum Bart. in l. 1. columna secunda in princip. ff. de ius & legit. quod propria significatio non sit, & quod non propria tamen significationi præferatur † Quinimo quod plus est, præualeat omni regula omnique constitutioni in intelligendis sermonibus, statutis, vel constitutionibus, vt voluit idem Bartol. consilio 159. columna 4. in princip. ad quem semper pro solemnibus interpretatione recurrit inquit Bal. in cap. 8 in præsentia, colum. 6. de prob. † Ad idem & plenius per eundem Bart. in l. omnes populi. ff. de ius. & iure, colum. 22. in fin. qui supra eo loci distinguendo voluit, quod vbi in statuto reperitur aliquod verbum plures habens significationes vnam propriam, alteram impropiam, tunc licet regulariter sit, vt assumatur propria, & omittatur impropiam, tamen illud fallit, si de mente disponentis apparet, sicuti in præsentia casu ex viu longæuo, atque ex vetustissima ac immemoriali totius provincie obseruantia. Et de mente dicitur 9 apparere secundum Bar. ibid. si intelligendo secundum primam propriamque significationem retulit iniquitas, siue absurditas (vt in casu nostro) tunc assumitur impropiam, vel si personarum qualitas, aliud annueret, vel communis vsus loquendi aliter se haberet, qui (vt diximus) omni regulæ, omnique constitutioni in exaudiendis, ac examinandis sermonibus derogat præualeatque † Sed quid de comuni vsu loquendi, cum in casu nostro pro Magnifica Communitate Lugi nostra adsit propria verborum significatio, de libris Marchi loquentium, discurrantur obsecro Lugi penalia præsertim, & præcipue in 3. lib. per perdantur, dum disponunt loquunturque de penis irrogendis delinquentibus quibusque, quia statuentes semper vsi sunt verbis istis, condemnentur contrafaciens siue delictum illud perpetrans in li. to. Marchisani, & tamen condemnationes, atque prædictarum penarum ac multarum exactiones, a tanto tempore quod non est hominum memoria in contrarium fuisse semper de plano, & absque vlla hæsitacione ab officialibus exactoribusque ducalibus exacte ad monetam longam provincie Romandiolæ, non autem ad monetam strictam ciuitatis Ferrarie, quæ propter hæc propria dicitur significatio, cum summatur a statuti auctoritate, & sic ab ipsamet lege explicite loquente, ita expresse decidit Bart. in l. omnes populi, ff. de ius. & in numero 59. & sequitur Iaf. late ibi, quod etiam habetur explicite in statu Ferrarie, tit. Modus facie. soluti. cap. 32. lib. 2. versicul. quod si creditum, vbi consunditur, & non ponitur differentia inter vnum, & alterum, sed indifferenter accipiuntur † Item ex alio ad fauorem præfate Magnif. Communitatis dicitur propria significatio ista, videlicet ex allu-

sione vocabuli, in istis nominibus appellatiuis diffinitione carentibus, in quibus bene potest argui ad no. in libro secundo §. appellati. ff. si cert. per. & tradit Ang. de Arg. in §. primo colum. secunda. Instituit. de testam. Et gabellæ capitula fuisse facta temporibus Illustr. Marchionum Aestensium, a quibus deriuantur. Quinimo ipsis Marchionibus auctoribus sicuti, & memorant statuta, ideo non est mirum si semper loquantur de moneta Marchionali, quia istud est ad similitudinem vocis illorum & quoniam illud ideo etiam est, vt nomen sit rei auctoriorique suo consonum, conueniensque iuxta text. & glof. in §. Est & aliud in verb. & consequentia Instituit. de don. vbi glof. iura concordantia aduocat. † Et comprobatur, nam nomina adinuenta fuerunt ad distinguendum, & ad quod quid est dignoscendum. C. de ingen. & manumif. † Sicuti etiam insignia siue arma, quæ ad illud idem fuisse inuenta. l. sanctum. ff. de rerum diuis. † Quapropter non per hoc debet introduci insolitum illud, & sic haud capi absona illa, incongrua, inauditaque in provincia interpretatio, & abusus intellectus, in tam grande damnum, in tam notabile atque perpetuum præiudicium tot viduarum, tot pupillarum & denique totius provincie, vt sic decusum reliquit Bart. dict. l. omnes populi, in versic. item quando, quem secutus est Iafon. ibi non desunt exempla ad hoc debemus etenim scire alia similia de possessione. scilicet, ac de testamentis † Nam possessio a quasi pedum positione appellatur, vt legitur & notab. in libro primo de acq. posses.

18 † Et testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit, vt habetur Instituit. de testamen. in princip. Et tamen non omnis pedum positio dicitur proprie possessio, sicuti nec quælibet mentis testatio dicitur proprie testamentum, sed large improprie, atque abusive. † Large igitur improprie, atque abusive accipiuntur in provincia illa verba ad monetam Marchisani, ad monetam latam, siue longam Romandiolæ, non autem stricte ad monetam Ferrarie. Et ista interpretatio ab vsu longæuo immemorialique totius provincie obseruantia reperitur millies comprobata † minime igitur mundana sunt ea quæ interpretationem certam, ac indubitam semper habere. l. minime, ff. de legibus, & comprobant. † Nam solutio quælibet regulariter fieri ad monetam incurrentem, vigentemque regulam impositionis, atque contractus iste est casus notab. & multam allegabilis, vt dicit Abb. in capit. olim causam, de censibus & exactio. nisi sit in alterius monete solutione præscriptum, vt dicit text. ille, † Et si quis diceret, si igitur solutio debet fieri ad ant. quam monetam currentem, vigentemque tempore impositionis, ergo debet solui gabella ad monetam Ferrarie, & sic ad monetam impositionis tempore currentem 23 non autem ad monetam Romandiolæ. Ad hoc respondetur, vt superius iam dictum est, & primo, quod indifferenter sumitur etiam a statuto Ferrarie moneta. Secundo quod solutio ad monetam provincie Romandiolæ est facienda etiam ex propria verborum significatione, per allegata superius in secundo dubio principali. Tertio non adest præscriptio vlla soluendi ad illam monetam quinimo ex diuerso reperitur præscriptum pro parte præfate Magnificæ Communitatis Lugi, & ista semper fuit ab omnibus nullo prorsus dubitante ex vsu, longæuo, ex immemoriali consuetudine receptum, atque innolabiliter ad ipsi Gabellarijs obseruatum.

24 † Ultra quod etiam in dubio de iure inspicitur moneta currentis in loco vbi solui debet, per ea quæ plene, atque in terminis tradidit Alexan. in consilio 21. in secundo dubio; vbi ipse considerat etiam statutorum verba & ciuitatis consuetudinem, quæ eius consideratio militat, vt est iam dictum, pro præfata Magnifica Lugi. Communitate, quæ est in ista quasi possessione non minus pacifica quam antiqua.

25 Et in annua præstatione est in terminis consil. Purpurat. consil. 522. quem vide.

26 Quo circa intrepide concludendum esse existimo, attendi debere vsu longæuum, immemorialemque obseruantiam

uantiam & consuetudinem totius provincie Romandiolæ ad fauorem Magnif. Communitatis prædictæ in istis clarissimis terminis. † In quibus nullus est dubitandi locus, neque coniecturandi. l. continuis, §. cum ita. ff. de verborum obigatione. † Quinimo in casu isto legis, in quod dubitare non licet, l. ancillæ, C. de furtis.

29 Accedat quoque istud, quod vbi dubia esset memoria consuetudo, quæ tamen est indubitata per superius deducta, pro Magnifica Communitate prædicta, adhuc diceretur etiam primo attendendam esse loci, ac provincie virgentem consuetudinem, ad tradita per Iaf. in l. de quibus, columna prima, ff. de leg. vbi plene.

30 Quæ quidem consuetudo cum sit generalis non indiget probatione, quia iudex supplet, vt tradit Bald. in l. si fugitiuiferui, sub numerum tertium, versiculo vel sic, C. de ser. fugit. quod commune dicit Card. Paris. consilio decimotertio sub numerum trigessimotertium. Item commune etiam per eosdem recentiores in sua collecta communium opin. versiculo consuetudo, numero vigesimo sexto, & ad idem per Dec. quæ alia in proposito adnotat. consilio 483. numero 20. consilio 402. numero decimo, & consilio 447. numero duodecimo, & consilio 559. numero nono, & consilio 615. colum. 3. ad medium, & consilio 586. numero secundo, & 693. numero quarto.

31 Inueterata etenim consuetudo (vt ista) est ius moribus constitutum, vt not. Bald. in l. de quibus, prima lect. numero quarto, ff. de legi.

32 Item dicitur pactum cum ciuibus initum, vt per Bald. in l. de consuetudine. ff. eod. titulo. Et pacta semper serua- bo, semel loquutus est prætor, in l. iurigentium, §. prætor ait, ff. eod. Quæ vox prætoris fuit quasi diuina, vt post re- lator ab eo tradit Afflic. septuagesimo quinto, ad fin. Pacta igitur suam obtineant firmitatem adnotata in cap. 1. eod. titulo.

36 Item studiose agendum est, vt illa quæ promittuntur verbo, compleantur etiam opere, per ea quæ habentur, atque 37 notantur in capitul. qualiter, eod. † Quod procederet etiam in principe, qui pacto cum subditis inuito contrahente haud potest, per ea quæ tradunt Rub. in consilio 138. colum. 2. consilio 146. columna tertia, Paul. de Castr. consilio 317. columna prima, & Car. Paris. late consilio secundo, numero 38 trigesimo nono, numero quarto. † Etiam de plenitudine potestatis, per ea quæ post plene aduocatos tradit Roland. consilio secundo, numero vigesimo octauo, volum. 2. Vbi inter 39 alios citat Bald. in lege prima, ff. eo qui refert Arist. dixisse ad Alexan. Regem Maced. à Alexan. serua fidem datam. Quibus ego addo text. in Authen. inter claros, C. de summo Trin. & fide cath. vbi Imperator præcise dicit, nihil est quod luce clarius præ fulgeat in principe, quam recta fides. De qua nullo vnquam tempore fuit dubitatum in Serenissimo, atque potentissimo Principe nostro, qui semper fuit inniolate fidei, & subditorum amator, pupillarum pater optimus, videntur protector vnicus, & denique iustitiæ prætul singularis, & quam semper studet pro subditis suis, & nunquam in 42 subditos. Et hic optime cadit beneplacitum illud ab Inuidiff. Duce Alphonso primo concessum hominibus, & Communitati, præfate Lugi quod ex facti narratione, ac per traditionem audio concessum propter commensurationem donationis molendinorum Lugi non modici introitus. Seu ob re- compensationem factorum præteritorum & propter iacturam, damna, violentias oppressiones, atque infinita mala passa temporibus illis in festis, damnosis, iniurijs, ac calamitosis, & ob incomparabilem fidelitatem hominum Luigi pluries agnitam ante, ac in bello & actu contra Serenissimos Venetos, & postea in aciebus Baftriæ, atque Rauennæ.

43 Quibus animaduertis tale priuilegium, & concessio dicitur in contractum & conuentionem transiisse secundum glof. in l. Aquilius, ff. de don. Paul. de Castr. in consil. 317. & citatos plene per Car. Par. in consilio 11. numero 52. qui numer. sequent. ex pluribus probat transiisse in contractum. 44 † Ego quod apparet per viam priuilegij, seu gratiam concessum, quod absque iusta causa non possit reuocari à Prin-

cipe, qui tenetur illud, vt à Principe concessum obseruare, ex pluribus docuit, quæ non transcribo, sed adde Barbat. consilio primo, columna quarta, in 2. Domi. consilio 74. columna prima. Bertaz. consilio 206. columna prima, id secundo, in nouis, & Abb. consilio 94. columna tertia, versicul. quoad tertium, volum. 2. Afflic. decif. 128. numero decimo & plenius habetur per Menoch. in suo respons. causa Finaricn. in primo articulo sub numero 139. vbi concor. congerit, & ibi de communi opinione. & reperitur post allegatum suum tractat. de recuperat. posses. Neque præsumitur causa reuocandi in principe etiam in lucratius, per Ruin. consilio 7. columna sexta, & consilio 36. columna septima, 45 & consilio 91. columna prima, volum. primo. Sicuti neque in hominibus Luigi reperitur causa vlla, neque ingratiudinis, neque iniustitiæ, neque doli, aut alterius speciei. Et tamen causa vera, ac iusta requiritur, & illius cognitio, vt per Alexan. consilio 101. numer. 7. volum. primo, & in consilio 17. numero 30. volum. 5. vbi plene, & prædicta experientia rerum magistra semper docuit, & in dies magis docet pro Magnifica Communitate prædicta, cuius bene- 48 merita sunt innumera, & equidem militantia. Libet hic aliqua commemorare, & primo donationem factam Illustris. atque Excellentiss. felicis recordationis Herculi Secundo Duci quarto Sereniss. de terris vallinis in non modica quantitate ab ipsa Communitate. Secundo operas immensas positas in fortificijs Mutinæ, atque Luigi. Tertio in expensis in Mantelli aggeribus. Quarto in Belregendi foveis duplicatis. Quinto in Mesulæ lapidibus constructis, & continuis operis, in quibus Magnifica Communitas cum tota provincia, inestimabiles sumptus, & incomparabiles operas est passa, patiturque in dies, in quibus multi homines ex hac vita decessere.

Postremo in tot donatiuis alias factis, Et quibus patet de 49 benemeritis dictis. Et prædicta de moneta Marchia. soluenda ad monetam longam Romandiolæ (vt semita in viam post longam digressionem redeamus) adeo vera sunt, vt etiam procedat, vbi adest pacta a Massario cum priuatis 50 inita de istorum acordia soluendo ad monetam Ferrarie. † Quoniam pacta illa vti, & tanquam contra publicam vtilitatem inita haud valerent, & non firmantur, neque stipulatione, neque ita iuramento, per ea quæ tradit Bart. in leg. si quis pro eod. ff. de fideiuss. & habetur per can. maxime Ioan. ab Imol. in sua solem. repeti. capitulo cū contingat de iur. iur. & legitur atque communiter notatur per legistas etiam in l. iurigentium, §. si paciscar, ff. de pac. vbi Bart. sing. notat, quod quando pactum vel contractus est ob publicam vtilitatem prohibitus, tunc non firmatur iuramento, quod clarius aperit, atque explicat ibi. Iacobin. de S. Georg. in 2. lect. dicens non firmari, neque stipulatione, neque iuramento. Et 52 dicitur pactum contra legem contraque publicam vtilitatem quando lex vel consuetudo, quæ est altera lex, vt habetur atque notatur in l. de quibus, ff. de legibus, restituit.

53 De omnibus igitur (Bone Deus) resistentibus videamus seriatim. Resistit lex, resistit sapienter confirmatum ab Illustr. Ducibus statutum resistunt capitula gabellæ, resistit loci, ac provincie consuetudo immemorialis resistit longæuus vsus, resistit denique ac fortiter exclamat bonum publicum provincie principaliter, & secundario subtiliter intuentibus. Item, & mercati Lugi in provincia celebratissimi libertas.

54 Quæ est res inestimabilis argumento l. libertas, ff. de 55 re. iur. Ultra quod alterare, atque mutare monetam in exigendo forte non potest fieri, cum sit de Regalibus rerum particularium, atque locorum provincie, vt declarat 56 Iafon in consilio 10. columna prima in 3. Et quæ sint re. 57 galia habetur in cap. 1. quæ sint reg. Et de quibus multa 58 habentur per Boss. titul. de Regal. Et prædicta de pacto contra legem contraque publicam vtilitatem probat optime pulcherrima glof. in l. pacta quæ contra, verb. contra bonos mores, Cod. de pact. ad quam semper recurrit inquit illic Iacob. de Sancto Georg. qui ita etiam declarat, 59 atque alia ad materiam citat. Et prædicta omnia (Beneplacito